

à principio de Viperæ carne circa medium, li-
tera D. Vinum etiam parari ex viperis novum
non est, de quo pluribus in locis traditum est.
Quare modo prætereundum, at capiti præsen-
ti finem imponam.



*IN CURANDA ELEPHAN-
tiasi quid intersit inter Neotericos, &
inter Græcos omnes, Latinos senio-
res, & Arabicos.*

CAP. XXVII.



NNCIPIAM primùm à Galeni
historijs, qui libro de Subfigu-
ratione empirica ad verbum
cap. 12. ita scripsit: Erat apud
nos in Asia in pago quodam elephantiasi vir
laborans, qui à principio quidem reliquis cõ-
vivebat, & cum familiaribus versabatur; ubi
vero ex consuetudine contagio maculari cæ-
perūt, ipseq; jam factore, & horribili specie de-
testandus esset, in edito loco prope pagum
juxta aquæ rivulum, pagani tabernaculum
ægro habitandum struxêre, cui deinceps dia-
rium alimentum subministrarent. Proxima è-
state circa Canis exortum, colonis vicinam se-
getem